reqruntur pbationes:vt in pal.l.j.& facit.2.q. 1.c.de manifesta.§.sciẽdum.& §.qñ autem.& c.Deus omnipotens.& l.illicitas.§.veritas.ff. de of.psi.de mã tñ vide gl.2.q.j.de manifesta. 4 & plenè i c.vestra de coha.cle.& mu.¶†No. 3.qd important ista verba in commissionib. a procedatur simpliciter & purè a & c. Excludunt enim fm Ant.processum rigorosum à b iure ciuili inductum b.& procedendum est fm æqtatem iuris canonici nihilominus seruato ordine iudiciario,quò ad alia.de quo in cle.dispendiosam.de iudi.ita dicit ipse,sed iudicio meo non benè.Nec hoc notabile colligitur ex isto text.hic enim nulla fit mentio de iure ciuili,vt s.dixi.vnde nõ tollit hæc decre.vsum actionis,vt prius dixi,nec etiam ordinem iudiciarium à iure ciuili inductum expressè in canonib.non improbatum,vt pbatur j.per totũ istum librum,vbi semp fit psecutio de ordine iudiciario seruando. c Item fm hoc cle.dispendiosam.de iud.& cle.sæpe. de ver.sig.nullam specialitatem inducerent, 5 q est falsum, vt in eis patet.¶†Imò pl⁹ dico, q ẽt legatus de latere non posset committere causam sublato ordine iudiciario,vt pro- d cedatur simpl'r & de plano & c.vt dicit glo.d no.in c.fi.de hr.li.6.Et iõ colligo aliter vnum aliud satis not.ex tex.q per hæc verba,pcedatis pure & simpliciter & c.non tollitur ordo iudiciarius,sed tantum subtilitas pniciosa,q est benè not.quia sæpe hæc verba ponuntur in commissionib.principum.Et pro hoc, qa ista verba, purè & simpliciter,important ex proprio significato idem, q sine plica & inuolutione,& sine militia.ad hoc gl.in cle.sæpe.de verb.sig.in verbo,militia.aliter simpliter.sed certum est,quòd ordo iudiciarius adinuentus est,non ad decipiendum,& inuoluendum,sed potius vt omnis cesset malitia: & in fauorem publicum.hinc est, quòd his solennitatibus etiam partes renuntiare non possent, vt not.in c.fi.de re iud.li.6.& in c.de 6 causis.de offi.deleg.¶†Circa hoc quæro,qd si dicatur in aliqua commissione procedas, non obstante iuris solennitate.dic post Bart. in l.filiusfamilias.ff.de donat.quòd per hæc verba censetur solum sublata solennitas iuris ciuilis,non autem solennitas iuris diuini, seu iurisgentium.Et ideo hoc casu sufficient duo testes,quia hoc est de iure diuino,& gẽtium,licet aliàs cessantibus illis verbis ex natura causæ requirantur plures. Item poterũt recipi testes infames, qui repelluntur tãtum à iure ciuili,seu positiuo.arg.in c.per tuas.de simo.j.& hoc in die feriata, non autem recipiuntur non citata parte:quia citatio est species defensionis,quæ est de iuregẽtium, nec potest tolli per ius positiuum,vt in cle.pastoralis.de re iudi.& latius ad materiam ibi vide & quod no.in l.meminerint.C.vnde vi.& de hoc aliquid dicam in cle.sæpe.de restit.spol. & hoc etiam notabiliter prosequitur Bar.in 7 loco preal.¶†Quid si potestas haberet libe- e rum arbitrium e ex iure municipali seu com- f missione quid intelligitur sibi cõcessum f Et no.dicit ibi Bar.q ex hoc non põt lædere ius alterius licet hẽat ptãtem, circa ea quæ sunt iuris positiui,& dic vt no.optimè gl.in cle.sæ- 8 pe.de ver.si.in ver.defensiones.¶†Querit ẽt ibi Bar.quid si fuerit dictũ, vt possit iudicare

a ¶Simpl'r, & purè. Adde quæ j.ponam Zacharias. ¶Adde Alex.de Im, in l.j.§.si quis simpl'r. ff.de ver.ob.Francis. Are.in l.eum qui.§.j. ver.in gl e.tit.Fel.in c.de causis.2.pterea. de of.& pote.iud.de le.Old.ɔs.115.& ibi q operetur hæc cl'a. Alc.ɔs.5.&Ro.cons. 20.inc.viso puncto. Hyppolit.de Marsi. sing.cõs.102.inc.capitulum S.Mariæ.& dic,quod tollit dilationes,sed nõ substantialia iudicij, vt plenè per Card.in cle.sæpe.q.4.& ibi plenissimè per Lanfr.de Ori.in vers.simpliciter.& ibi in apost.Celsi.in ver.simpliciter.de ver.sig.

b ¶Inductum.imò tacitè fit mẽtio de iure ciuili,vt dixi hic in recollectis.And.Barba.

c ¶Ordine iudiciario seruãdo.istud tenet hic Car.quã non tollitur ordo iudiciorum.dicit hic esse casum singularem.And Barb.

d Seb.Sap.¶Gl.Et hãc gl.dicit singularem Io.de Im.in l.nemo pt.ff. de le.j.sed est similis gl.in cle.sæpe.in ver.mãdamus.de ver.sig.& no. Ias.in l.omnes populi.in 2.lect.ver.confirmo per id,quòd volunt.ff. de iu.& iu.vbi alle.etiam alias auctoritates.& ad hoc vide etiam Perusi.in c.pastoralis.de appel.

e ¶Liberum arbitrium.Adde Ale.cõs.55.j.lib.Pe.de Anc.conf.156. ¶Adde quid potest facere ille qui habet liberum arbitrium in pcedendo,& de potentia.ver.liberè.& de verbo arbitrio tuo.& de verbo,liberè, & oĩmodæ potestatis.& de verbo, iudicio tuo.& de illis verbis,q possit facere velle suum,& q̃ sint verba importantia arbitrio boni viri.& de verbo,plenum,& liberum arbitriũ.& de verbo, tuã ɔscientiã oneramus,vide plura ɔsilia Alc.in tabula ɔsiliorum.in ver.arbitrium.& de ista vltima cl'a.s.ɔscientiam tuã oneramus,credo aliquid posuisse in addi.ad istum in c.cum in veteri.in j not.vbi ipse tangit.s.de ele.& de clausula,put videbit,& placebit vide Cor. in cons.229.inc.visis.in pr.in 3.vol.vide tex.in l.fideicommissa.§.q̃q̃. & ibi doct.ff.de leg.3.per Bart.in l.j.C.de sacros.eccl.per istum in c. canonum statuta.s.de consti.& verba pro libito voluntatis,important liberam voluntatem rationi non submissam. c.ex parte.& ibi iste in j.no.s.de consuet.Aene.Falc. Ant.Fran.¶De oĩb.istis verbis,an & qñ importent liberũ arbitriũ. boni viri:vel voluntatem liberã non subiectã rationi.vide Ale.in l. si sic.ff.de le.j.& l.j.q̃ inc.in arbitriũ.ff.de le.2.& q̃ dñt nouissimi canonistæ,& ibi plenè,dixi dũ legerẽ illũ tex.in c.ne initaris.s.de cõsti.s.

f Sebast.Sap:¶Sibi concessum.Vide Ias.in l.j.C.de sacros.eccl.vbi ponit,quid importet verbum liberè.de quo etiam per Dec.in c.quem ecclesiarũ.s.de ɔsti.& faciunt ad hæc q̃ no.Abb.& alij in c.j.in gl.fi.e. ti.de ɔsti.vbi ẽt ponunt, quid possit facere iudex qñ est data ptãs, q faciat istud, q ubi placuerit.de quib.omnib.vide Georgium Nattã in repe.cle.sæpe.de verbo.ob.vbi enumerat,quæ verba important liberam voluntatem,& quæ,regulatam arbitrio boni viri.

prout

prout voluerit a dicit q dolus intelligitur exclusus.ar.in l.creditor.§.Lucius.ff.man.& põt dici vt s.q per hoc non pt tollere ius alterius, nam sicut ɔmittens nõ pt tollere ius alterius sine causa: ita nec ɔmissarius qa nemo plus iuris in aliũ trãsferre pt q̃ ipse hẽt. vt i c.nup. de do.post diu.rest.& vide q no.Bar.in exua. ad reprim.in ver.videbitur in fi.& q dicã in c. j.de ɔsti.¶Quid ãt si fuerit dictum,vt pcedat sine figura iudicij.vide bo.gl.i cle.sæpe.d ver. sig.in verbo,& figura.nam tunc al'r est dicendum q̃ per verba posita hic in tex.¶Sed añq̃ veniam ad mãm examinandã q̃ro de intellectu istius c.dic.fm do.q pt esse duplex.primus est, q cã istorũ fratrum vertebatur corã isto archiepo tanq̃ coram iudice, q compellabat istos ad exprimendã actionẽ,& de eo fuerũt isti fratres ɔquæsti,vñ ɔmittit cãm vt sequtur. Alius intellectus est q isti q ɔpellebant, erãt iudices delegati istius archiepi: & hoc faciebãt qa iste archieps sub hac forma ɔmiserat: 9 vel vigore statuti archiepiscopalis.¶†Et ex hoc vltimo intellectu not.archiepm ñ posse ɔmittere cãm tractandã fm rigorẽ,& subtilitatem pniciosam iuris ciuilis reiecta æqtate 10 canonica.¶†No.2.non valere statutum epi, vel archiepi disponens cãm tractandã citra æqtatem, vel benignitatem canonicam, & sic non valeret statutum disponens,vt ex pacto nudo non possit agi,& rl'r ɔcludo,q non valet statutum ɔ ius canonicum,& eius æqtatem.De quo p Io.An.in c.fi.de off.archipsby. & c.fi.de appe.li.6.facit gl.in cle.ne Romani. de ele.vr tex.in c.q super his.de maio.& ob. 11 & forte ibi tangam.& in c.fi.de ɔsue.¶†Venio nunc ad gl.& primo expediendo gl.opp. vr enim q subtilitas sit amplectenda & non spernẽda.vt j.de feriis.c.capellanus.ad idem bo.tex.in l.vna C.de profes.qui in vrbe.Constãti.li.12.Vbi dr, q doctor legens debet habere subtilitatem interpretandi.Gl.hæc ɔ̃ria nõ attingit neque soluit:sed solummõ attingit q̃dam gñalia ad ɔcordiam tex.q in causis ecclesiasticis, hmõi subtilitates sunt euitandæ,qa tendunt ad perniciem.Sed tu cõclude post Vin.Host.& Io.An.q multiplex ẽ subtilitas q̃dam tendit ad capiendos & ad decipiendos simplices in iudicio seu extra, & ista reprobatur vt hic.& 16.q.1.c.si cupis.quædam tendit ad interpretationem iurium & si est rationabilis & iuri consentanea,non est improbanda,imò necessaria,vt in pal.l.vna.& in c. capellanus.de feriis.& facit text.in l.non pñt.ff.de legi.Et idem qñ adhibetur subtilitas extra iudicium ad veritatem eliciendam ẽt in foro animæ.vt in c.j.de pœ.dist.6.ibi diligens inquisitor subtilis inuestigator sapienter, & quasi astutè interroget peccatorem & c.q̃dam enim est irrationabilis, qñ volunt tantũ subtilisare, q seipsos non intelligunt,& verba peruertunt,& hæc sunt reprobãda.40 di. c.1.vbi de hoc.& 24.q.3.c.cũ sancti. Vñ dicit Imperator Iusti.Eorũ vanã subtilitatẽ tam risimus,q̃ corrigendã esse censuimus. C.de legi.l.vlt.dicit ẽt q duplex est simplicitas,q̃dam est ɔ̃ria discretioni.& hæc reprobatur.39.di.c.Petrus.& in præal.c.cupis.Vñ dicit Host.in præal.c.capellanus.q sunt qdam nimis cerimoniales insistentes literæ ɔ mentem.c.ppea.& c.intelligentia.de ver.sig.q̃dam simplicitas ɔ̃ria dolositati,& ista amplectẽda est, & de ista intelligit dictum Euangelij:Estote simplices sicut colũbæ.16.q.j.si cupis.vide ibi bo. tex.cũ gl.& ista dr simplicites amica veritatis legũ,& iuris.c.veritatis.in pr.j.de iurei.¶†Capio gl.2.q̃ princip'r diuido in duas partes. 12 scda ibi,actio.n.& op ɔ tex.in eo q dicit actionẽ nõ esse pponendã. dec c.j.de mu.pe.c.examinata.j.e.cũ si.vbi patet,q ẽt fm canones,est exprimẽda actio p hoc: qa sine actione nemo experit.vt l.si pupil- b li.§.videamus.ff.de neg.gest Sol.aut q̃ritur fm leges,& est actio b exprimenda.aut fm canones & tunc si qs vult exprimere pt, & si ine- c ptã pposuit,pt postea pponere aptã: c vt in pal.c.examinata.non tñ ɔpellitur exprimire si non vult nisi fm Lau.qñ ex causa variata plures actiones oriri possent.ar.ff.arbo.fur.cæsa.l.j.& l.si colon⁹.Si enĩ ego ago ɔ Titium.qa arbores meas incidit,dubitari pt: an velim agere ex edicto arborũ furtiuè cæsarũ,an ex lege Aqlia.Item si petere rem furtiuè subtractũ, dubitari pt,an agatur actione ad exibẽdum, an rei vendicatione,an ɔditione furtiua,an actione furti.& habẽt isti diuersi modi diuersos modos agendi,& aliter fit ɔdemnatio in vna q̃ in alia & ideo hoc casu dicebat Lau.vt recitat gl.exprimendã d actionem alias non.Causa verò petendi super est exprimẽda, d alias non auditur.de lib.obl.c vlt.& hoc in personali,in reali verò nõ tenetur hoc exprimere nisi velit in effectu: hoc vult prima pars gl.p 13 prædicta melius ordinata & declarata q̃ loquatur.¶†In secũda pte gl.q̃rit qd sit actio,& rñdet vt hr in gl. Hic sunt aliqua examinanda p intellectu gl.& mãæ & vt habeat notitia terminorum: qa hic fit mẽtio de actiõe & de cã & alibi de obliõe q̃ sit dña inter hæc.scdò nũqd cã sit exprimẽda & q̃:tertiò qd de actione.& sic hr clarè mã gl. ¶Quò ad primũ dic,vt no.plenè inst.de act.in pr.ff.de edẽ.l.j.vbi ponunt plures opi.Mihi pc; illa opi.q cã sit ipsum scm ex quo orit illa obligõ.vt ɔhere,vel quasi derelinq̃re,vel q̃si.&c.obligõ orit ex ipso scõ iure approbato, & est ius vñ diffinit,q obl'o est iuris vinculũ, q̃ necessitate astrĩgimur ad aliqd dandũ vel faciendũ fm iura nrę ciuitatis.De quo dic, vt inst.de obl.in pr Actio verò pcedit ex obligatione:vñ obligõ dr mr actionis, vt ff de pc.l.licet.§.ea.Et pone exẽplũ vt tu canon ista intelligas:mutaui tibi decẽ,ex isto scõ orit obligatio qa obligaris ad reddendũ vt l.2.& l.cũ qd.ff.si cer.pe.& c.dilecti.j.ti.px.cũ si.Pro executione hui⁹ obligõis orit actio q̃ est quoddã ius agendi.vt in gl.vt certi ɔdõ spãlis, vel gñalis fm no.in l.certi ɔdõ.ff.si cer.pe.& sic de aliis actionib.vñ si repeto decẽ cã petẽdi est 14 ipsum mutuũ:qa mutuaui vt statim dicã.¶†Ad scm, an sit cã exprimẽda in libello dic, vt plenè no.p gl.& do.in l.j ff.de edẽ.& c.2.de li. ob.Et p intellectu huius gl.br dic, q duplex est cã tã in psonali q̃ in e reali.vna remota,alia ppinqua Remota e in psonali est ipsum factũ ex quo orit obligõ: vt ago qa mutuaui.Cã ppinqua est ipsa obligõ. Nam idõ ago qa es mihi obligatus.In reali verò cã remota est ipsũ factum ex quo cãsatur dñium,seu ipsum ius agendi vt peto rem:qa fuit mihi legata:vel qa fuit mihi vendita,& tradita.cã verò propinqua est ipsum dñium, seu ipsum ius cãtum ex illo facto.Conclude ergò cum q̃ritur an causa sit exprimenda,q in psonali debet exprimi cã remota: vt qa mutuaui nec sufficit exprimere cãm ppinq̃ qa obligatus es,qa cũ multæ possent esse obl'ones,seu causæ, ñ posset reus ex hmõi cãæ ppinquæ expressione deliberare maturè,an dẽat cedere,vel ɔtẽdere, vt j.de lib.ob.c.fi.& no.in pal.l.j ff.de edẽ. Vnde dẽt exprimere cãm remotã:nõ tñ tenet exprimere cãm ppinq̃: qa psumitur ppinqua ex expssione remota.Si.n.peto 10.qa mutaui:psumit obl'o de pñti.ar.in l.j C.de pb.vñ dicimus. q sufficit,q libell⁹ f ɔcludat psumptiuè.f vt l.oẽs.§.Lucius.ff.de his q̃ in fra.cre.q tñ limitata fm q no.Bart.in c.cũ qd.ff.si cer.pe.tangã in c.2.de lib.ob.In reali verò,cã remota nõ est necessariò exprimẽda,sed si vult pt dẽt tñ exprimere cãm ppinq̃,vt qa sum dñs.Tñ qa cũ vna sit cã dñium acq̃rendi nec potuit acq̃rere ex plurib.vt in c.inter dilectos de fi.inst.& l.& an eadẽ.§.actiones ff.de exe.rei iu.satis pr reus istrui ex cãæ hui⁹ expssione: tum qa vtile est ipsi reo vt nõ exprimat cã remota: qa si gñaliter egit,totũ ius suũ vr deduxisse: & si succubuit, non poterit amplius agere ex aliqua alia cã.vt in c.abbate sanè.de re iu.li.6 & in præal.§.actiones.dicam plenè in præal.c.2.de lib.obl & sic intellige 15 & limita istã gl.¶† Ad tertiũ, an actio sit exprimenda g in libello, g aduerte qa capiẽdo actionẽ p q̃ lã ant q̃ solẽnitate,& formula verborũ:i q̃ q cadebat à syllaba,cadebat à toto:ñ est necesse hodie talẽ formã,seu solẽnitates obseruare,nec d iu.ca. nec ciuili.vt C.de for.& impe.subl.l.j.aut sumim⁹ actionẽ pprię p effectu & iure agẽdi put ẽ quod iã ius psequẽdi i iudicio q sibi debet:& istud i⁹ cũ sit incorporale,ñ pt exprimi.vt no.in l.edita C.de eden.sed necesse est exprimere ipsum factum ex quo ɔcludatur ipsum ius agendi.vt in c.fi.de lib.obl.aut capitur actio p noĩe ipsius iuris agẽdi,vt est rei vendicatio:actio ad exhibendũ,certi ɔdõ,actio furti,& sil'es & tũc duæ sunt opiniones tã de iure canonico,q̃ de iure ci. Nã de iure canonico, qdam tenẽt indistinctè actionẽ ñ esse necessariò exprimendam, vt hic no.Inn.Alij vt Lauren.q vbi pñt plures actiones oriri ex facto narrato,debet exprimi actio:q sentit hic Host.dicens, q rl'r fm canones sufficit exprimere factum,nisi iudex ex cã rationabili videat reum decipi posse,si non vltra exprimatur.qa tunc supplebit iudex ex officio suo.vt ff.de off.ass.l.j.in eadẽ cã pmitteret aduocatũ positionib.rñdere.j.e.c.pastoralis.Itẽ de iure ciuili sunt ẽt opiniones:nã qdam tenent,q sit semper exprimenda, vt Inn.hic alleg ff.de admi. tuto.l.quoties.§.2.& instit.de actio.in prin.sed melius allegaret l.fi. C.de interdic.Et hanc opi.tenet gl.iuris ciuilis in præal.l.j.ff.de edẽ. & gl.hic.& gl.ibi allegat rationem quia vtile est reo,vt exprimatur: quia fortè pponet causam ineptam & succumbet.Sed certè ista nõ est bona rõ tanq̃ deceptiua,qa nõ debemus alicui parare laqueũ.vt j. de resti.spol.c.literas. Et de materia vide Spec.in tit.de act.& peti.§. * 1.vbi ponit opiniones.sed *communis* opin. Legistarum habetur in l. edita.C.de edend.& in l.1.ff.eod.& opin.Io.And.& sequacium est, vt non sit necesse exprimere,quia ex propositione facti semper potest elici modus agendi seu actio intentata:& hoc tam de iure canonico.quàm ciuili,quod etiam tenet gl.8.di.quo iure. Et repto Acc. glossatorem iuris ciuilis mutasse opinionem, vnde in aut.de exhi.& intro reis.in principi.in verbo, libellum, dicit de consuetudine seruari vt nõ exprimatur actio.& quòd etiam lege potest probari.

Nam

a ¶Prout voluerit. Adde Ro.cons.147. Lapum alle.122.

b ¶Actio.Adde Ro. cons.245. Zacharias. ¶Adde Lãf.d Oria. in rubr.de cã pos.& proprie.& ibi qualiter in libello debeat actio exprimi. Sebast.Sap.

c ¶Proponere aptã. Vide Fel.in c.cũ ordine.de resc.& Mod. in l.vinũ.ff.si cer.pe. & omnes.in c.examinata.j.e.& Ias.i l. edita actio.C d edẽ.

d ¶Est exprimẽda.Adde,q si cõtinet duas causas quarũ vna sit apta alia inepta, qd tñ sustineri pt,vt voluit Ro.cons.105. Zacharias. ¶Adde Lãf.de Ori. in c.qñ ɔ falsam.& ibi in apost.Cel.ad ipsum.in ver.iure.in fi.j.de proba. Sebast.Sap.

e ¶Remota. vide Ang.Are.& Mod.in §.omniũ inst.d acti. Practic. Papi.in forma libelli.i actione reali in gl.j.& Mod. latè.in l.j ff.de eden. Ale.in ɔs.2.in 5.vol.

f ¶Præsumptiuè.Ad Ro.consil.proxime allega.105.

g ¶Exprimenda.Ad de quæ s.posui.

Universidad de Deusto Biblioteca

Sebast.Sap.
a ¶Specialis. Vide Bart.& alios post eũ in l.certi cõdictio.in in pr.ff.si cer.pe.& limita, vt per Ale.in l. gallus.§.si eius.ff.de lib.& posth.vbi limitat non pcedere qñ spãlis esset pœnalis.
b ¶Nõ adstringens. Adde ale.cõs.62.2.li.
Zacharias.
¶Adde eundem cõs.21.vol.j.eundẽ in l.a is q reus.ff.de publ.iu.Bal.plenè in l.nõ ideò C.d li.cã. Ang. in l.ĩ causis.C.de ac.& Ale.in l.libellorũ.ff.e.Gemi.post gl.in c.Abbate sanè.de re iud.li.6.
c ¶Generalẽ. Adde Ang.cõs.276.& 25.
Sebast.Sap.
d ¶Modus agẽdi.Vide Ias.in l.j.in 2.not.C.de succes.edi.& q no.Fel.c.pastoralis.de excõ.vbi ponit, an admittatur exceptio gñalis,vide etiã Ale.in cõs.101.in 5.vol.& limita vt per eundẽ cõs.72.in c.in specto.4.vol.& cõs.71.in ci.clarissimè.e.vol.& p Ang cõs.6.in c.dictum statim.& Ale.cõs.324.vol Declarat.vt p Fel.in c.j.de li.contest.And.Sic.cõs.63.inc.sapienter.in 2.vol.
e ¶Competat acti. adde q Ale.cõs.135.2.li.dt, q et si reus nõ opponat, qñ agens nõ hẽt actionem, q nõ valeat iudicium.
f ¶Summatur.Istud nõ.vr bonũ summarium ex eo,qa exceptio fit à rl'a.l.nã q.ff.de poe.le.sed exceptio est de reo,ergò regula erit ĩ actore.
And.Barb.

Nam cum reus possit esse certus per rem, & causam,satis est alle.præal.l.j.ff.de edẽ.2.resp. & quod subiicitur in præall.auth. quòd benè not. ¶Et qa potest contingere, q ex eodem facto possunt plures actiones cõpetere quæ tunc videantur intẽtatæ.distin.no Cy.in pal.l.edita.post alios doc.q aut sunt plures competentes ad diuersa & præsumitur intentata illa quæ competit.ff.de li.& posth.l.gallus.§.j. facit quod no.in c.constitutus.de reli.do.aut & sunt plures competentes ad idem,& tunc aut vna est generalis,alia specialis,aut ambæ generales, aut ambæ speciales,si vna generalis & alia specialis præsumitur intentata specialis.[a] ar.ff.de le.3.hoc legatum & l.item legato §.proinde.& l.legatis.Tenet etiam Bar. in l.j.ff.de eden.si ambæ sunt speciales,vel ambæ generales & tunc aut ex facto proposito vtraq; colligi põt,& subdistingue.aut fm alteram aliquid est superflue narratum,fm aliã nihil.& videbit intentata illa fm quàm nihil est superfluum. quia verba debent aliquid operari.Exemplum ex legato mihi facto,cõpetunt mihi plures.vt in l.j.C.cõia de le.& no. in c.Raynutius.& c.Raynaldus.de testa.modo pone quòd dixi in libello,q testator rem suam mihi legauit, & ideò & c.certè videor intentare rei.vendi.aliàs si diceremus intentatam psonalem actionẽ esset superfluitas: qa nihil operaret illud verbum, rẽ esse suam. Nam rem alienam pt testator legare & actio personalis competit cotra hæredem.vt insti. de le.§.non solum.& quod not.in c.filius.de testa.& verba debent aliquid operari.de pri. si Papa.lib.6.& l.si quando C.de inoffi.test.Si verò fm vtramque actionem esset superfluitas:tunc prẽsumeretur intentata illa,p quàm verba minus superfluunt,vt in exemplo proposito,cũ dico mihi legatã rem testatoris nã si diceremus intentatam actionem ex testamento,tunc superfluit, quia non oportet dicere rem esse testatoris, vt s.dixi, si dicimus intentatã rei vendicationem,tunc superfluit quia non oportet allegare causam remotam in rei vendicationem vt s.dixi.sed sufficit dicere,quod sum dominus, cum minus superfluit,quia potuit exprimi ad maiorem declarationem Et ideò ista præsumitur intentata. arg.in præal.l.si quando.& c.si Papa.vnde secundùm alios Doc.ibidem non potest libellus formari,ita quod concludat,quin statim possit sciri q actio intentetur,quia omnes actiones habent media distincta, & iura informantia distincta:qua pp non est necesse, q actio in libello exprimatur.Sed replicando p̃dicta sub epilogo,aut vna tantũ ex facto narrato colligitur actio, & illa præsumitur intentata si plures competunt:aut plures actiones possunt colligi, & tunc aut vna est generalis,alia specialis,aut vtraq; est generalis,vel vtraque specialis,& tunc illa præsumitur intentata per quàm nihil superfluit.& si secundùm vtràque esset superfluitas præsumeretur
6 1 intentata illa p quam verba minus superfluunt vt s.dixi. ¶† Et hæc verba secundùm eos nisi sit inserta illa clausula in libello, non ad-
b stringens[b] se ad probandum singula & c.quia tunc non præsumitur intentata illa p quàm nihil,vel minus supflueret: sed illa ex qua leuis sequitur condemnatio. Hoc vltimum limitat do.Ant.si cu. à principio in libello opponeretur,alias si disputaretur ad merita.dicit quòd in dubio videtur deducta competens actio,& in qua probat, & si vtraque competere posset.videtur intentata magis vtilis actori in obtinendo.alleg.not.in c.conquerente.de offi.ord.& in l. sed & si possessori.§.fi.ff.de iureiu.& Bar.in l.inter stipulantem § j.ff. de verb.obli. Sed hoc dictum mihi non placet, nam si à principio mihi fuit obiectum non esset opus disputationibus.sed staretur interpretationi actoris.vt in l.si quis intentione.ff.de iud.& in c.literæ.de dilat. Vnde teneo primum dictum, q ex quo vtraque potest competere, & est consentanea probationi iam factæ debeat fieri condemnatio in illa quæ est minoris præiudicij, quia in condemnatione rei sunt fauorabiliores.ff.de reg.iu.l.fauorabiliores.& iura sunt promptiora ad absoluẽdum, quàm ad condemnandum.vt in c.ex literis.de prob.& c.inter dilectos.de fi.instr.& de re iud.c.vlt.cũ si.& hoc apertè reperio tenere Inn.in c.2.de ordi.cog.de quo non
17 faciunt hic mentionem doct. ¶† Et ponit in hac materia quædam verba pulchra,& clara quæ nota tu maximè Canonista,dicens stul-
e tum esse iudicem, qui libellum generalem [c] recepit, ex quo varij modi agendi possunt competere, cum aliter fiat condemnatio in vna, quàm in alia,sed debet libellantem compellere ad exprimendam actionem seu causam agendi.ex qua causa possit colligi mo-
d dus agendi.[d] Dic tamen,q si ita generaliter est receptus libellus valet: ar.in l.fi.C.de anna.excep.& fiet condemnatio secundùm illam quę minorem condemnationem requirit.vt ff de re.iu.l.semper.& l.fauorabiliores.& præal.c.inter dilectos.de fid.inst. Nisi secundùm cum in medio litis ex probationibus, vel quia hoc dicit expresse appareat qualiter agere velit,quia tunc secundùm hoc ferenda est sententia.all præal.l.si quis intentione.quæ verba optimè no.Conclude ergò, q si libellus est admissus sine omni expressione causæ, & non fuit oppositum, valet.vt præal.l fi.C.de anna.excep.& not.in ca.2.& 3.de li.obl. Sed oportet, q postea clarè actor probet intentionem suam,alias incumbit.ar.l.si in rem.ff.de rei.ven.& q ibi not. per Bar.Iudex tamen non debet libellum talem recipere. Idem est si expressit aliquam causam, sed ita generalem, q varij modi agẽdi possunt elici. licet enim ex post facto sit facienda expressa interpretatio secundùm q Inn.& Cyn. s.dixerunt, tamen sapiens iudex non debet hoc admittere propter dubitationes, & cauillationes q postea fiunt.ar.§.curare.inst.de actio.& 30.q.5.c.iudicantem.& l.fi. C.de fideic.lib.fm Inn.in præal.loco.& sic limito dictum Cy.Ipsum tamen nomen actionis non cõpellitur exprimere: satis.n.est q sibi cõpetat ius agẽdi, seu actio,& ita intell'r.l.si pupilli.§.fi.ff de neg.gest. q dicit, q sine actione nemo experitur.l.sine actione cõpetẽti.nõ ãt cõpellitur exprimere.Et idẽ dicit de iure canonico.qa oportet q sibi cõpetat actio.seu aliqd aliud q teneat locũ seu vicẽ actionis,vt officij,iudicis improlatio.vt in d.2.de of.iud.& c.j.de pact.vbi tangã,an ex nudo pacto competat actio seu officij improlatio, qñq; tñ et de iure ciuili nulla cõpetente actione, vel officij iudicis improlatione, iudex debet ex officio suo puidere parti, qñ videt aduersarium locupletari cum iactura alterius,vt est casus sing.in l.planè.ff.de pe.hf. facit l.si & me.ff.si cer.pe. Et p hoc habetur clare materia huius cap. reliqua verò his connexa, scilicet quod debeat continere libellus, dicam in c.1.2.& 3.de libel.obl.

CAP. VII.

1 *Excommunicatus non potest esse in iudicio, nisi vt reus.2.12.& etiam in casu reconuentionis.9.fallit in casu.5 j.7.*
3 *Iudicata in odium alicuius non debent in eius fauorem redundare.& è contra.*
4 *Excommunicatus particip at de omnibus illis quæ possunt esse incommodo.*
Excommunicatus maiori excommunicatione prohibetur à communione hominum regulariter, excommunicatus minor prohibetur à perceptione sacramentorum tantum.
Excommunicatio in dubio intelligitur de maiori.
5 *Debet, istud verbum non importat necessitatem quando resultaretur iniquitas.*
Excommunicatus potest constituere procuratorem si vult: non tamen necessitatur.
Procurator non debet constitui ab inuito.
Bannitus tenetur constituere procuratorem.
Excommunicatus potest appellare,& appellationem prosequi.
Regula semper fallit vbi æquitas suadet.
6 *Excommunicatus non prohibetur participare cum patre, filio, & aliis similibus personis.*
8 *Excommunicatus spoliatus non auditur petens restitutionem regulariter.*
10 *Excommunicatus,an possit petere absolutionem per procuratorem.*
Procurator excommunicatus non potest comparere, nec pro parte actoris nec rei.
Excommunicatus potest constituere procuratorem in omnibus casibus in quibus potest per se stare in iudicio.
11 *Absolutio ab excommunicatione,an requirat speciale mandatum.*
Clausula,quod possit agere omnia quæ ipsemet præsens facere possit,habet vim specialis mandati.
12 *Excommunicatus, si fuit de facto admissus,an valeat iudicium.*
Publicè vel occultè, an aliquid fiet,non refert in his quæ concernunt publicam vtilitatem.
14 *Suspensi,& interdicti non prohibentur esse in iudicio.*
Periuri non prohibentur stare in iudicio, & non prohibentur aliàs iurare: quando iuramentum vertitur in eorum præiudicium.
15 *Deportati quando possunt esse in iudicio actiuè,& passiuè.*
16 *Monachus an possit esse in iudicio sine licentia abbatis.*

1 Intelleximus. †Excõicatus põt cõueniri,sed non cõuenire h.d.cõiter.ita summatur: ego verò summo magis gñal'r,& pinguius.Excõicatus.n.in iudicio,nisi tãq reus stare non põt.h.d.Primò ponitur quæstio.scdò rñsio,ibi:rñdemus,tertiò responsionis ratio.ibi, ne videatur. ¶Casus literalis. Quærebatur vtrũ excommunicatus in iudicio stare possit. Respondetur q conueniri

Zacharias.
a ¶Tãquam reum. Intellige hoc dictũ de reo necessario ñ autẽ de voluntario.a c.cõiter.& ibi p istũ & doc.j.de exce.Qd est dicere pro tyronib.q excõicatus cõparens in iudicio, si vult aliquid cõsequi, non audit tunc cũ est voluntarius, sed si velit damnum euitare,aut puidere ne qd sibi fiat: tunc auditur:fm istum in c. cũ ad sedẽ.j.de resti.spol.Dicitur ãt tunc aliqs reus necessar' qñ actio dirigitur cõ eum vel qñ specialiter ad iudicium vocat:vt no.iste in alle. c.cum incer.sed cita t' si sua putauerit interesse cõparens non debet audiri.ita no. Pau de Cast.& Alex. in l.libertus j ff.de in ius voc.vbi dicunt, q nec pt petere assigni terminũ actori ad agendum iuxta l. diffamari.C.de inge. manu.
Sebast.Sap.
b ¶Vt testis.vid Fel. in c.Rodulphus.ver. limita 4.s.de rescri. vbi ponit,q excõicatus occultus si ferat sñiam, valet tñ vide ẽt Feli.in c.veniens. ver.qro no.de testibus.vbi ponit an excõicatus possit esse testis de quo etiam per Lanfrã de Oria. in c.qm.cõ falsam in ver testium de pba.
c ¶Assistens actori. Vide Bal.in ti.de rescrip.li.6.vbi dicit q excõicatus non põt impetrare super recuperãda possessione tædiali.nec super nullitate sñię qa ille qui mouet cõtrouersiam vr agere,& dubitat ibi an possit ipse impetrare vt decercere liberetur,& concludit quod sic. vide ibi.
And.Barb.
d ¶Participatio sacramentorum. Sed vtrum possit excõicatus intrare ecclesiam . & orare vide gl.q sic.in c.qui studet.1.q.1.dicam in c.2.de for.cõpe. vbi Ab.videtur sentire. contrarium.And.B.
e ¶ Transeunt alij Doct.pondera gl.in c.pastoralis.j.e.quæ dicit qd excõicatus dẽt litigare p alium & alleg.istum tex.& sic tenet cõrium eius quòd hic tene menti: quia nemo ponderauit hoc.
f ¶Non compellatur.Et pondera l.cũ miles.ff.de alie.iud. mut.cã fact.quia ibi Bar.dicit illum text. sing.vt in odium alicuius sit vt litiget p se ita hoc est, ĩ odiũ ne litiget per alium, ergò imputet sibi: qa nõ petit absolui, And.Barb.
Zacharias.
g ¶Potest appellare à sententia, qua declaratur excommunicatus.c.fi.de sent. exc.& c.qua fronte. j.de appel.& tũc pẽdente appellatione est vitãdus fm Inn. in c.sepe.j.de appel.
Sebast.Sap.
h ¶Allego gl.Illam gl.ad hoc commendat.Abb.in c.proposuit.de appella.& de hoc verbo debet,vide per Bar.in re pe.l. creditores C.d pig. & Fel.in c.nam concupiscentiã de consti.vbi ponit casum, in quo non inducit necessitatem.

ueniri potest, & debet per alium in iudicio resp ne de malitia sua videatur commodum
2 reportare.B. ¶†No.j.ex verbo stare q ẽ verbum generale,excommunicatum non posa se stare in iudicio,nisi tanq reum.[a] Cum eis permittat istum casum in mã prohibita, vr formale regulam in oppositum.32.q.7.dñs. & ex hoc infertur q non pt stare vt iudex ne
b que vt aduocatus, neq; vt testis, [b] vt in c.decernimus.de sen.ex.li.6.Item neq; vt assistẽs
c actori[c] quia hoc verbum stare, est generale, & periculosum est sibi nõ vitare alios de cle. exc.mini.c.illud.Item nec vt notarius causæ: qa talis stat in iudicio q sibi ñ cõceditur qa sibi ñ creditur durãte excõicatione.3.q 4.nullus.& q not.in præal. c.decernimus. & c.qm cõ.de prob.Item nec vt promouens inquisitionem.j.de acc.c.cum dilectus.nec vt accusator.seu promotor publicę causæ.de exc.c. à nobis.& j.c.exhibita.& generaliter potest dici excommunicatum repellendum à iudicio,nisi in casib.à iure expressis vt hic ĩ c.pe. & vl.de exc.Et idem extra iudicium vt rl'r repellatur,cum sibi oĩs cõio prohibeatur 11.q.3.cum excõicato.nisi iu casib.sibi permissis, vnde non solũ repellitur ab actib. iudicialib. & publicis, sed ẽt cõib.s.extraiudicialibus,& priuatis vt notanter dicit tex.in c.pia.de exc. li.6.vbi vide maximè in nouella multa perti-
3 nentia ad materiam.¶†No.2.q verba generalia dispositionis editæ in odium alicuius non debent referri ad eum casum qui cederet in fauorẽ odiosi.cõcor.c.& si necesse.de do.post di.re. quia q statutum est in odium, non debet cedere in fauorem, & cõmodum: sicut ecõ statutum in fauorem nõ dẽt cedere in odium,vt in rl'a,& ob gratiam.de re.iur.li.6.& in l.q fauore.C.de le.Mens enim cõstõis, & ñ verba ponderanda sunt.j.q.j.c.Marchio. & in reg.vlt.& quod ibi no.de re.iu.li.6.& in
4 l.scire leges.ff.de le. ¶†Vltimò ex mente,& ex rõe literæ colligo excõicato permittendam cõionem qñ cædit in sui odium,& qua phibita reportaret cõmodũ.& intellige oĩa prædicta pribita in excõicato excõicatione maiori, excõicato enim minori non prohibetur cõio hoĩm,sed tñ participatio sacro-
d rum,[d] vt in c.à nobis d exc.& in c.si celebrat. de cle.exc.mi.Item noĩe excõicationis intelligimus de maio.vt in c.pe.de sen.exc.¶Nũc venio ad gl.q diuido in tres par.In j.replicat, & coadiuuat literam In 2.opponit tacitè & soluit.In 3.quærit.secunda ibi,sed quid si ter
5 tia ibi sed nunquid ¶†Op.igitur cum secunda parte,vr enim istum excõicatum reum ñ compellendum ad cõstituendum procuratorem.cum nemo ad hoc sit compellendus.de proc.c.querelam.ltẽ principalis psona hẽt iurare de cal.auth.principales.C.de iu.cal.ergò oportebit,q ipse interueniat in iudicio.Sol. gl.cõcludit istum non cõpellendum si nõ vult. & dic vt in ea.& sic fm istum intel.glo. istud verbum debet,positum in tex.nõ inducit necessitatem.Idem Inn.Host.& Pet. cum hac o-
e pin.glo.cõiter transeunt alij doct.[e] præter Io. Cal.qui dicit istum cogendum ad cõstituendũ pcuratorem . quia verba dẽnt accipi pprię, nisi resultet absonus intellectus,vt in l.nõ aliter.ff.de le.3. licet hic nullus absonus intellectus resultat,si verbum,dẽt, importat necessitatem cum ẽt periculosum sit sibi ingerere cõioni hoĩm.nec obst.si dicatur,q quis non cõpellatur pcuratorẽ cõstituere: quia illud verum rl'r, sed qñq; qs compellitur rõe delicti, vt patet in bãnito.Nec ob.si dicatur, q forte neminem reperiret q velit officium acceptare, qa hoc est sibi imputãdum quare non petit absolutionem. vnde hoc est sibi vtile. qa facilius resipisceret. Ego sptenui opinionẽ,
f q præcisè nõ compellatur,[f] sed quod tñ ex debito honestatis. fundũ meum est ĩ c.cum inter.de exc.vbi dr, q omnis legitima defensio excõicato reseruat.ne actore impugnante, reus cõdemnetur. q tñ alias veniret absoluendus. sed certè istud contingeret de facili si non audiretur, nisi procuratorem constitueret. Quid enim si nullũ reperiret,vel minus idoneum & cã præsertim est ardua.certè absurdum est dicere contra eum procedendum:cum paria sint nullũ habere, vel minus legitimum.vt in c.2.de transla pla.& sic legitima defensio subtraheretur sibi cõ d.ca.cum inter.& contra omnem æquitatem. Nec ob. dictum Cal.dum dicit sibi imputandum quare absolutionem non petit: quia non debet in hoc puniri quia nõ petit ex quo trahitur, & non trahit: & satis est q puniatur aliis pœnis iuris.vnde c.cum inter.hanc considerationem non habuit. sed indistinctè voluit q ex quo impugnatur q sibi reseruetur omnis legitima defensio. Hoc corroboro fortius, qa iste defectus vt nõ ingerat se communioni hominum causatur nõ immediatè ex culpa sua:sed ex pœna excommunicationis: & ideo nõ debet ex hoc puniri,ne pœna ex pœna proueniat.ar.de concess.preb.quia diuersitatem.& q no.gl.in regula,imputari.de re.iu. li.6.Ad idem facit.c.decernimus.de sent.exc. li.6.vbi Papa mandat compelli iudices seculares , vt repellant excommunicatos ab agendo,& patrocinando,& nihil dicit de conuento.Item cõio intelligitur excõicato inhibita quatenus tendit ad sui commodum, nõ quatenus impugnatur.arg.hic & in c.si verò. de sen.exc.¶Item quid si causa est criminalis in qua non interuenit pcurator, nonne iste admitteretur sine procuratore certè sic.& tñ tex.iste loquitur indistinctè q debet constituere pcuratorem. Debet ergò intelligi qñ potest,& ex honestate vbi fieri potest.p hoc tex.in c.fi.de excep.vbi dicitur, q excommu-
g nicatus pt appellare [g] & appellationem prosequ ,& literas impetrare super appellatione, sua: & nulla ibi fit mentio de pcuratore sed sp verba dirigũtur ad ipsum excõicatũ.imò tex. innuit oppositũ dũ dt, q parũ excõicato pdesset appellare si ñ posset appl'onem psequi.& sup ea literas impetrare,q esset expresse cõ opi.Cal.Si.n.esset sibi imputandum:qa ñ inuenit pcuratorem quid pdesset sibi & admittatur ad defendendum.si non põt defensionem psequi vel pt sed minus legitime:qa pcurator est minus idoneus.Fateor tñ q hoc verbũ,dẽt, ex pprio
h significato importat necessitatem ad hoc allego gl.[h] no.ĩ cle.attendentes.de sta.re.& 26.q.j.c.j.vide plenius p Bar.in l.3.C.de pi. Sed ibi euidenter surgit iniqtas capitur impropriè,vt ñ importet necessitatẽ.vt in c.j.de desp.impu.& q no.ibi & p gl.in pal.c.i.25.q.i.Sed ex pdictis patet,q surgeret iniqtas,si importaret necessitatẽ,& maximè si est ita inops,vt ñ valeat pcuratorem cõstituere. Vnde dicit gl.aut.vt sine prohi.ma.in pr.cõ.7.q ineptum est non fallere regulam,vbi ę-
6 quitas suadet.†Sed nunc psupposita prima opinione,q compellatur procuratorem constituere op.& vr q hæc decr.ponat impossibile,cum nemo debeat ei cõicare.tanq excõicato,nullus vellet esse suus pcurator, & cum cõfabulatio cum tali phibita sit.11.q.3.excõicatos.& c.cũ excõicato.Sol.dicit Vin.q pater,filius,tutor & similes personę q licitè excõicare possunt assument istud officium.11.q 3.
7 quoniam multos. ¶†Vel aliter fm eum ex quo permittitur excõmunicato procuratorem constituere ad sui defensionem quilibet hoc officium assumere potest, & in hoc sibi cõicare. j.de sent. exc. cum voluntate.& plus dicit.q si aliquis eũ impediret in dando procuratorem pt ipse cõqueri.& agere licet sit excõicatus.Et similiter si aliquis vadat Romã pro iniectione manuum in clericum,vt absoluatur & offendatur in via pt cõqueri,& audiet,vt j.de exc.c.vl.& ff d iud.l.si longius.fm Vin.hoc dictum limito verũ vt possit cõqri, & agere,qñ durat impedimentũ,& iniuria circa actũ sibi permissum,vt qa impeditur cõstituere pcuratorẽ.Item impedit ire Romã.secus si iniuria illata cessauit, seu non pstat impedimentum:qa tunc cessat
8 illa rõ vno pmisso,& c.sup qua fundat vt possit agere.¶† Vnde ẽt si excõicatus fuit spoliatus, nõ audit petens restitutionẽ: q intellige cũ limitatione pdicta, si nõ pstat impedimentũ circa executionem actus sibi permissi.vt no.gl.in c.ex insinuatio.de proc.in ver Canonicũ.& in c.in noĩe dñi.23.di.& in c.dilectus.j.s.de resc.& no.Inn.in c.cum nostris.d cõcess.pb.q no.¶ An autem excõicatus possit petere
saltem

Universidad de Deusto Biblioteca

Sebast. Sap.
a ¶ Restitutionem vxoris. Dic qd hoc est verum officio iudicis, aliás secus, & ita intelligit c.quoniam multos alleg. per istum. 11.q.3. de quo per Specu. in ti. de pet. & posthu. §.2. ver. sed etiam.

Sebast. Sap.
b ¶ L. de pupillo. Vide ibi latissimè per Mod. Ro. in consil. 217. incip. res ista. & Fely. in c.cum inter. de except. & nullum intra bānitorum. in j. parte secundi temporis. q.64. & Fel. in c.significauerūt. ver. item do. Abb. de excep. vbi multa ad ꝓpositum præsentis materiæ.

c ¶ Constituere procuratorem. adde vt per Ro. cons. 241.

d ¶ Agere omnia. ad de Ro. cons. 93.

Sebast. Sap.
e ¶ Fuit expulsus. Vide tñ Abb. & Fely. in c.exceptionem. ver. item inquantū Abb. de except. vbi ponit, quod reus non potest facere, quòd actor excommunicatus, non repellatur per iudicem à iudicio. & ibi an teneat iudicium si non repellatur.

f ¶ Sui prejudicium. Adde quòd Fed. ɔsi. 147. dicit quòd excommunicatus pōt omnia, vbi vertitur in eius prejudicium.

g ¶ De facto admissus. Adde do. de Ro. decis. suis. dec. 19. antiquis. de sent. excō. Ro. sing. suis. fo. 21.

a saltem restitutionem vxoris.[a] vide bo. gl. in c.quoniam. 9.q.3. & Io. An. in c.cum inter de sen. exc. & plenius in c.quoniam. §. in aliis. vt lit. non conte. & in c.cū inter. de exce. ¶ Item ꝙ dixi ꝙ non potest petere restitutionem limita vt sit verum, quando venit vt actor, secus si venit vt reus. vt puta, quia cōtra ipsum conuentum, & contumacem facta fuit missio. tunc enim auditur petendo restitutionē, vt concludit Spec. in tit. de contu. §. fi. ver. sed pone, quod tamen limita, quando venit principaliter ad se defendendum, & in ɔsequentiam petit restitutionem possessionis. Secus autem si principaliter peteret restitutionem, puta dicendo quòd non legitimè facta fuit, tunc enim q verus actor est, nō auditur ante absolutionem. ita reperio tenere Bar. & benè
b in l. de pupillo.[b] §. fi. ff. de no. ope. nun. ¶ † In
9 tertia parte gl. quærit nunquid excommunicatus possit reconuenire suum auctorem, respondet ꝙ non, sed excipere, & potest appellare, & omnia facere quæ tendunt ad sui defensionem. ¶ Sed nunc oppo. ɔ̄ prędicta, & ɔ̄ tex. de c.post cessionem. de prob. vbi videtur ꝙ non possit constituere procuratorem. Sol. dicit Inn. ꝙ istud est speciale in reo propter causam quæ hic ponitur. Idem tamen dicit in actorem in causa absolutionis, & in aliis causis quas agere permittitur, vt possit constituere ꝓcuratorem. melius enim est vt causam agat per alium quàm per se. Nam secundùm Io. An. hoc est contrarium ei quod no. in c.cum desideres. de sent. excō. quia hic de procuratore ad litigandum, ibi: de procura-
10 tore ad absolutionem petendā. † Tu de hoc vltimo, an possit excommunicatus petere absolutionem per procuratorem, dic vt plenè no. in prælleg. c.cum desideres. & ibi bo. gl. & vide bo. gl. iuncto tex. in c.quanto. 2.q.5. & ad c.post cessionem. allegatum pro contrario, & respondeo aliter, & melius, quod ibi non loquitur de excommunicato volente constituere procuratorem, sed de procuratore excommunicato qui non potest esse, nec pro parte actoris, nec pro parte rei. Et ratio differentiæ est, quia officium procuratoris est voluntarium. nec potest dici, quòd veniat ad se defendendum, cum veniat pro alio. Sed hic nos loqmur in excommunicato qui vult constituere ꝓcuratorem nō excommunicatum, ꝙ potest in causa defensionis ex quo defensio sibi ꝑmittitur. & hæc est vera solutio huius c. No. tñ dictum Inn. est ꝙ in omnib. casib. in qb. potest excommunicatus esse in iudi
c cio potest cōstituere[c] procuratorem. & optimè facit iste tex. Idem dicit Inn. in simili, videlicet in religioso, vt ibi potest esse p se in iudicio potest, & ꝓcuratorem ɔstituere. & optimè facit iste text. Hoc vltimum ponit Inn. in c.cum I. & A. de re iudi. & simile not. Bart. in l. seruos. ff. de alim. & ciba. leg. sed putat d. Ant. quòd eo casu quo excommunicatus litigat per procuratorem super sua excommunicatione vt in casu c.per tuas. de sen. exc. non teneatur ante ingressum causę petere absolutionem, sicut teneretur quando litigat per se vt ibi: quasi tunc non videatur cōtemnere. Contrarium puto verum: nam dispō. c.per tuas. fundatur super eo ne iste videatur contemnere excommunicationem, sed certum est istum contemnere nō petendo absolutionem, licet litiget per procuratorem: quod patet ex eo: quia dicendo excommunicationem, fatetur se ligatum vt ibi. & in c.cum contingat. de offi. dele. ergò debet petere absolutionē, ex quo commodè potest, & ipse prouocat ad iudicium, & non ꝓuocatur. Non enim debet expectare euentum litis, quia nihil operatur, quò ad hoc, vt absolutionem consequatur frustra enim expectatur euentus, cuius nullus est effectus. vt in præalleg. c.cum contingat. & videtur ibi casus. de hoc propè finem dum dicit, quod qñ quis se asserit excommunicatum, licet iniustè, nunquàm eius probationes sunt admittendæ antequàm fuerit absolutus. non enim dicit quòd non est ipse personaliter audiendus: sed quòd eius probationes non sunt admittendæ, quòd procedit etiam si litigat per pcuratorem, nec aliqua æquitas suadet oppositum, imò istam partem, cum perseuerando in excommunicatione citius mori præiu-

11 matur ꝓꝑ peccatū. 11.q.3. epi. ¶ † Sed circa idem. q̄ro supra dictum est excōicatum posse, & dēre ex honestate se defendere p ꝓcuratorem. an hoc possit p ꝓcuratorē gñalem. Archi. hoc tetigit. in c.1. de rescr. li.6. & dicit. ꝙ licet possit in cā defensionis ɔstituere ꝓcuratorem spālem, & p eum se defendere vt hic, nō tñ audietur ꝓcurator gñalis ēt sup articulo defensionis, nisi fuisset dictum ꝙ posset agere
d oīa[d] q̄ ipsemet p̄sens facere possit: quasi velit, ꝙ ista cl'a, vt possit oīa q̄ ipse p̄sens facere possit: hēat vim spālis mandati. d. An. hic reprobat vtrunq; dcīm dr. n. ꝙ ad defendendū excōicatū non reqrit spāle mandatū: qa aut est ad negotia ɔstitutus, & valet, tenendo ꝙ excōicatus possit ɔ̄here de quo in c.veritatis. de dol. & ɔtu. aut ad iudicia, & ēt valet, nec exigit spāle mādatū. sed in mādato gñali excludunt cāæ in qb. nō p̄t agere, & includunt cāæ in qb. p̄t agere. ar. l. scripto. §. j. ff. de mu. & ho. Item non ꝓcedit fm dictum fm eum. qa illa clausula non hēt vim spālis mādati. & sic tenēdo ꝙ exigeret spāle mandatū, illa cl'a non sufficeret, p no. in p̄all. c.exponit. de dila. sed certe quo ad vtrunq; dictū Arch. benè loqtur si subtiliter ponderetur dictum suum, & malè reprobatur, Et quò ad primū dico ꝙ Archi. nō reqrit præcisè mandatum spāle in articulo defensionis, sed vult ꝙ per mandatum gñale ad impetrandum non possit procurator defendere excōicatum seu appl'onem prosēq, quasi illud mādatū ad impetrandū se non extendat ad artic. defensionis, secus āt si mandatum esset gñale ad agendū, & defendēdū, qa tūc bñ poterit. & ita dēt intelligi Arc. ad hoc c. q ad agendū. & c. qui gñaliter. de proc. li. 6. Item in scđo dicto non meretur reprobari: qa licet Io. An. teneat in c.exposuit. præal. ꝙ talis clausula non habeat vim specialis mandati. contrarium tamen est verum vt no. Bar. in l. procurator, cui generaliter libera. ff. de procur. & tenet idem do. Anto. præalleg. c.exposuit, & sic in hoc vr̄ sibi contrarius. probatur dictum Arc. & Bar.
12 in l. creditor. §. Lucius. ff. mand. vbi hoc idem no. Bar. ¶ † Sed Quæro quid si excommunicatus incœpit agere, nec à principio fuit ex-
e pulsus[e] nunquid reus possit instare vt compellatur agere, ex quo semel edidit actionem iuxta formam aut. qui semel. C. quomodo, & qñ iudex. Inn. in c.exceptionem. j̄. de excep. quod sic. & ideo idē dicit quando non est conuentus vt reus, cogitur tamē agere iuxta materiam c.significauit. de test. & c.lator. qui fil. sint le. Nam si contrarium diceretur, sequeretur absurditas, ꝙ excommunicatio prodesset excommunicato & nosceret aduersario non excommunicato quod esse non debet. arg. hic. & hoc benè no. & sic habes casum in quo excommunicatus agit, nec debet per iudicem repelli.
f & hoc quia hoc nunc tendit in sui præiudiciū[f] ex quo reus instat, & sic facit ad id ꝙ s̄. dixi ꝙ fortius potest stare vt reus, ex quo trahitur in suum damnum. ¶ An aūt excommunicatus possit agere vt reus ɔditione legis diffamari. C. de ing. man. vel si actor desistit petere, vt cōpellatur prosequi iuxta formam prædictæ aut dic, quod nō, quia hoc tendit ad eius ɔmodum ex quo hoc petit, & vult satisfacere voluntati suæ, arg. hic, & in l. pe. ff. de cond. ob cau. & in l. si pignore. ff. de furt. hoc tenet do. An. & not. in præal. ca. exceptionem.
13 ¶ † Sed quæro nunquid teneat iudicium si excommunicatus fuit
g de facto admissus[g] ad agendum, nec fuit repulsus. dic, ꝙ si litigauit coram delegato per se impetrato durante excommunicatione, nō tenet iudicium, quia rescriptum fuit nullum. vt in ca. j. de rescr. li. 6. secus si litigauit coram ordinario, vel delegato impetrato ab alio, vel à se ante excommunicationem, de quo tñ dic vt plenius no. in c. j. de rescr. in 6 prælle. & in c.ɔia excep. e. li. Et ibidem vide rationē diuersitatis. etiam prædicta procedunt siue sit occultè siue publicè excommunicatus, licet Pet. ɔ̄. & non bene, quia in his quæ concernunt priuatam vtilitatem non est dr̄a inter publicum & occultū,
14 vt sing. no. Inn. in c.dilectus. de ɔsue. Io. An. in prælle. c. j. ¶ † Sed qa hic dr̄ ꝙ excommunicatus non potest esse in iudicio agendo quid
* de interdicto, vel suspenso. doc. cōiter hic tenent ꝙ isti bene possunt agere, quia non sunt remoti à communione hominum. ad hoc c. à nobis. de exce. Sed quæro quid de periuro. vr̄ ꝙ non possit agere: quia cum in iudicio habeat iurare saltem de calūnia, & ipse à iurādo repellēdus sit, ex quo fuit semel periurus, vt in c.paruuli. 22.q. 5. ergò agere non potest Io. de lig. & Coll. hic ɔ̄, & bene, quia periurium non repugnat directè facultati agendi, imò quilibet criminosus, qui aliàs repelleretur ab agendo pro publico interesse admittitur, cum ius proprium prosequitur. 4.q.6. oībus. Nec ob. ꝙ non debet, admitti ad iurandum quia illud verum est, in sacro honoris, nō oneris, sicut est in iuro calumniæ, & sic intelligitur c.paruuli. vt ibi no. Arc. Ad hoc allego text. not. in c.cum in ecclesiis. de ma. & obe. vbi compelluntur illi canonici in eorum præiudicium iterum iurare, licet à principio venissent ɔ̄ iurm etiam super eadem re præ-
15 stitum. ¶ † Vltimò quæro, an condemnatus in metallū, vel deportatus repellatur ab agendo, sicut excommunicatus: & an ɔ̄ eos agi possit, tractat hic Io. de lig. sed br̄ dico, ꝙ in his quæ habere possunt, poterunt agere, & ɔ̄ eos agi. & quæ p̄nt habere isti damnati in metallum seu deportati vide text. cum ibi no. in l. si in metallum. ff. de his q̄ pro ñ scrip. hab. & l. qdam. ff. de pœ. vbi est bo. tex. & ibi p Bar.

Anau

a ¶ Monachus. Adde Fede. cons. 287.

b ¶ Infamis. Adde Io. de Anna. ɔs. 102.

Sebast. Sap.
c ¶ Conō seruatur. Vide quādo lex ciuilis seruāda sit p Feli. ī c.ecclesiæ S. Mariæ. ver. quęritur primò. de consti. & Alex. in ɔs. 166. inc. viso processu. ī 2. vol. & Are. in cons. 47. inc. reuocat in dubium.

d ¶ Doctorem legū. Adde Ro. cons. 233.

Zacharias.
¶ Adde p istum in c. j. j̄. de ɔsang. & affi. p Fel. plenè in rubr. de maio. & obe. ver. procedit etiam nisi fortè talis canonista esset ignarus, & literatus expers, vt not. idem Fel. in c.ex literis. ver. & adde Bart. ī. de constit. Doctor autem iuris vtriusq; simplicem canonistam p̄cedit: nisi fortè talis in vtroq; iure hñs titulū ignoret canones. fm Fel. paulò post ibi ver. vbi etiam inuenies.

e ¶ Subiectū nobili⁹. Cōsidera verba Bal. in l. hac ɔsultissima. C. qui test. fa. pos. cōiunctis his, quæ habentur in ca. q̄to. de magistris. An. Barb.

Zacharias.
¶ Adde tamē quod quamuis ꝓpter subiectum nobilius doctor theologus præferat, vt latè p scrib. hic, illud est intellidum in ordine sessionis, vt per Felin. vbi ꝓxi. mea apostil. notaui in promoto nonnunquam præfertur doctor canonū theologiæ doct. vt per Host. in c. 1. j̄. de consang. & affini. & Fel. in c. fi. in prin. de magistris.

Zacharias.
f ¶ Licet sufficientior non præfertur. Contrariū visus est tenuisse Alex. de Im. in l.cum quid si cer. pe. maximè quando habet dignitatem q̄ antiquior non habet allegat. Ioan. de Pla. in l. j. & ibi etiam And. de Baru. & Iac. Rebuff. C. de consu. libr. 12. vel si iunior diu legit, & maior stipendia habet verum iuxta illum causa mouebatur propter acerrimam cōtentionem, quàm de ista re cum Bartholo Cæpol. dum Paduæ legeret, habuit, de quo per Fely. in rubr. de maio. & obe. in ver. in j. mea apostil. huius c. allegato.

16 ¶ † An aut monach⁹[a] possit agere maximè sine licentia Abbatis tractat Colle. sed plenè no. in c.cū dilecta. de rescr. ad ꝙ me remitto. & aliqd dicam in c.olim. & c.ex parte. de acc.

CAP. VIII.

1 *Clerici debent conueniri coram iudice ecclesiastico: & consuetudo aliter disponens non valeret. 5.6.*
2 *Ius canonicum in concernentibus materiam ecclesiasticam seruātur: vbi in alia materia secus, quia seruatur in terris ecclesiæ, & ius ciuile in terris Imperij.*
3 *Doctores qui præferuntur, an iur. cano. an iur. ciuilis, an medicinæ. vel theologiæ, vel iuris vtriusque.*
Doctoratus à doctoribus corruptis, non gaudet priuilegio doctorum. Et an doctoratus sit dignitas.
Doctor qui præfertur iunior, an senior.
Doctor qui legit per 20 ann. est comes.
4 *Argumentum de consuetudine ad legem validum est.*
